



Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, De Oratione
Mentali Et Mysteriorvm Vitae D.N. Iesv Christi &
benedictae Matris eius meditatione**

Arias, Francisco

Coloniae Agrippinae, 1616

Cap. IX. De aspirationibus, orationibus q[ue] iaculatorijs attinentibus ad
viam purgatiuum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48934](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-48934)

48 EXERCIT. FRANC. ARIAS
vsurpari omnes; liberum enim cuique
est vsurpare quas velit. Et quamvis si
sit nisi vna pro qualibet via; tamen, &
crebrius magno affectu iteretur, suffi-
ciet ad capiendum huius sancti exer-
tij fructum. Facile autem poterunt
memoria recitari, si saepius perlege-
tur & repetantur.

CAPUT IX.

De aspirationibus, orationibusque iacu-
tis attinentibus ad viam Pw.
gatiuam.

A Spirationes conuenientes
purgatiuæ sunt haec: Domine
Iesu Christe, Deus meus & Sa-
uator meus, qui ad saluandos pecca-
tores in mundum venisti, ignosce me
& salua me. O Deus meus, quid aga-
quid dicam? peccavi coram te, & o-
tra te benignissime creator, & deu-
me redemptor, miserere mei Domine.
Agnosco Domine scelera mea, et
confiteor, condona illa. Destitutus
Domine, omni pietate, vilissimus
infirmissimus peccator sum, b
sum, nihil ex me valeo, adiuua me
mine, & miserere mei. Utinam, Do-
mine, nuncquam te offendisserem. Vnde
dolor

ARIAE
nim cuic
quamuis
as tamen,
eretur, si
anceti exere
a potente
us perlego

DE PRAESENTIA DEI. 49

unquam ad iram prouocasset. Vtiam, Deus, semper voluntati tuae obe-
diuisse, & sanctis tuis inspirationibus
satisfecisset. Remoue a me, Domine,
quicquid tibi displicet in me, & mihi
nocet Propono, Domine, me, adiuuan-
te tua gratia, te non amplius offensu-
rum, occasionsque delinquendi vita-
turum. O piissime Iesu, miserere mei
miseri & abominandi peccatoris. Indi-
gnus sum a terra sustentari, & me su-
scipe per tuam misericordiam ac san-
ctissimae vitae, passionisque tuae meri-
ta, neconon ob benedictae Matris tuae
Sanctorumque omnium intercessio-
nes. Omnia scelera, & negligentias vi-
tae meae, quae sunt innumerabiles, &
grauissimae coniicio in tui immensi a-
moris flamas, & infinitam miseri-
cordiae tuae abyssum, in sacratissima
tua vulnera, ut in ijs consumantur, mi-
hiq; poenitentiā iniungo. Laua me, Do-
mine, tuo pretiosissimo sanguine; quia
una gutta illius sufficit ad saluandum
totum mundū. Sana me ab omnib. pla-
gis meis, quia tu es fons salutis. Sancti-
fica me auctor sanctitatis. Deus meus,
largire mihi sanctū iudiciorum tuorum
timorem. Concede mihi, bone Iesu,
dolorem & odium grande de peccatis
meis.

C

meis.



¶ EXERCIT. FRANC. ARIAS
meis. Da mihi odium mei ipsius. Da
dulcissime mi Saluator, robur ad mot-
ificandas meas passiones. Da mihi, ut
rectum iudicium de me feram, Da, ut
seuerè à me exigam pœnas, ad satisfa-
ciendum iustitiae tuæ. Da mihi Salua-
tor, ut quamcunq; pœnam, tribulatio-
nem, contemptum libenter recipias
in satisfactionem pro meis delictis. Da
ut potius eligam mori, quam peccare.
Da, ut non modò timeam, fugiamque
peccata grauia, sed etiam leuia. Da
mi firmissimum propositum non ap-
plius peccandi. Da mihi gratiam per-
uerandi, & pœnitentiam tota vita mea
agendi.

CAP V T X.

De affirationibus pertinentibus ad viam
luminatiuam pro ijs qui in cultu di-
uino proficiunt.

A Spirationes quæ ad hanc seu-
dam viam pertinent, & sen-
queunt proficientibus, sunt haec:
Oro te Deus & Saluator meus, Je-
Christe, pro omnibus beneficijs
Te laudo, benedico, & glorifico per
mnibus tuis misericordijs. Gratias
ago, quod me elegeris ab æterno, quod
ex nihilo creaueris, quod hucusque